centius, si etiam de aliquibus nonnullis dixit hereticis, Q contra priora dixere Leo et Anastasius. In humanis enim legibus pluritas vincit, siquidem in ore duorum vel trium testium consistit omne verbum. Minus est enim unum excessisse, quam plures. Neque igitur in dando exemplo nec unum nec unus sufficit. neque ita quis ab heretico baptizatus ab ullo catholico rebaptizatur. Vide, quia neque etiam hereticus in pontificii perdit, sed neque sacrationis; et si de hereticis hoc conceditur, quare non de Formoso viro catholico et ortodoxo conceditur? Qui est profecto ille, qui in omni vita sua tantae gravitatis famā[a] extitit, ut vinum non biberet, carnis gustum nesciret, feminae copulae expers octogenarius virgineum suum corpus, hominem exuens, terrae commendaret. Iste etiam gentes Vulgarorum, vitam sanctitatis praedicatione confirmans, ut verus apostolicus ad fidem adduxit; et cum tanta probitate praeditus[b] toto mundo ut altera lucifer illuxisset, vim passus in sepulchro, busta diruta, ossa fracta, ubi quondam memptitorum eiectus est extra publicum. Cui tanto viro exanimato nil iuvare potuere solae clamantes: O parcite, repueto, est nullum cum mortuis certamen! sed fuit ei eo licitum, quod libitum. Neque enim ipsis apostolis datum est de mortuis praeiudicare. Q. Quid igitur datur, quod non tollitur? A. Etenim datur. Quidam itaque presbyter ut puta[a] heri baptizavit, et ipse criminosus. Qui dum baptizavit, peccatum originale dimisit. Denique et approbo, condescendens tibi, quasi tuis assertionibus favens, tueque parti adstans, non quidem ex ea parte veritatis qua sum defensor. unde replica quae dixisti. Q. Non ingnano dico presbyter dimittit, quia nemo nisi Deus dimittit. A. Concedo quia ita est. sed tamen Deus non dimittit, teste ecclesia, quae dicit: nisi

a) ~~leg.~~ fama cod.

b) praedatus cod

fol. 117

~~a) puta cod~~